Sigismundus dei gratia Rex Polonie, Magnus
dux Litvanie, Russie, Prussie, Masovie, etc. dux et heres

Generose fidelis dilecte. Committimus f. tue ita habere
volentes ut ad rem publicam contribucionum venera-
bili paulo Crassowskij Cracovien. canonico, Secretario
nro pro expensis quas facturus est nuncium agens
nostrum ad conventum opathovien. viginti florenos
numeri et monete polonicalis f. tua det et numeret.
de quibus f. tuam quietamus per presentes. Datum Vilne secunda
octobris. Anno domini M° D° XXXIIII°
Regni nri anno XX° octavo

Sigismundus Rex

Generoso Nicolao Thasziczki. Iudici
Et Exactori Crac. fideli dilecto.

florenj 20

a. Crassowsky

18